Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26011
Copyright: Admont, Benediktinerstift



dicuntur dicens. Usura & sup habundancia non accipietis. Istiusmodi dns cer-
nens in domo patris negotiationem seu latrocinium. ardore spe concitatus iuxta
qd scriptum est in sexagesimo viii psalmo. Zelus domus tue comedit me. fecit
sibi flagellum de funiculis. & tanta hominum multitudinem eiecit a templo. dicens.
Scriptum est. Domus mea. domus orationis uocabitur. uos autem fecistis illam speluncam la-
tronum. Latro enim est. & templum dei in latronum conuertitur spectum. q lucra de regione
secuntur. cultusq. ei nomina cultus dei. quia negotiationis occasio est. Hoc iuxta histo-
riam. sedm ceteros mysticos intellectus cotidie ibi ingreditur templum patris. & eiecit
omnes tam episcopos & presbiteros & diaconos quam laicos. & uniuersam urbem de ecclesia sua.
& uniuersum ciuitatis habet. uendentes parum & ementes. Scriptum est enim. Gratis accepistis.
gratis date. Mensas quoq: nummulariorum subuertit. Obserua. propter auaritiam sa-
cerdotum altaria dei nummulariorum mensas appellari. Kathedras quoq: uendentium
columbas euertit. q uendunt gratiam spiritus sancti. & omnia faciunt. ut subiectos
populos deuorent. De quibus dr. Qui deuorant populum meum sicut escam panis. Iuxta
simplicem intellectum columbe non erant in kathedris. sed in earum. fortasse co-
lumbarum institutores sedebant in kathedris. qd penitus absurdum est. qui in kathe-
dris magistrorum magis dignitas indicatur. que adnichilum redigitur. cum iuxta fu-
ere lucris. Q d decedens diximus. unusquisque deseruiendum. Dicit enim apostolus paulus.
Uos estis templum dei. & spiritus sanctus habitat in uobis. Nonsit in domo pecatoris nri nego-
ciatio. nuendentium ementium; commercia. non donorum cupiditas. non ingreditur ibi
irat. & rigidus. & non alium mundum templum suum nisi flagello adhibito. ut de
spelunca latronum & domo negotiationis domum faciat orationis. Et accesserunt
ad eum ceci & claudi in templo. & sanauit eos. Nisi mensas nummulariorum subuer-
tisset. kathedrasq; columbas uendentium. ceci & claudi lucem pristinam & cetum gra-
dum non meruissent recipere. Uidentes autem principes sacerdotum & scribe mirabi-
lia q fecit. & pueros clamantes in templo. & dicentes. Osanna filio dauid. indig-
nati sunt. & dixerunt ei. Audis qd isti dicunt. Pterq: arbitrantur maximum esse